

circumflexu teguntur cuncta, à perfecta absolutaq; elegan-  
tia ita adpellatus vt Græcis  $\kappa\omicron\sigma\mu\omicron\varsigma$ , alio nomine cælum  
dicitur, à cælando, descripto circulo qui signifer vocatur in  
duodecim animalium effigies. Auct. est Plin. lib. secundo.  
cap. 4. aliis placet à concavitate dictum, nam  $\kappa\upsilon\lambda\omicron\nu$   
id est quod concavū. Id Laertius Diogenes ait esse Sphæ-  
ram volubile & immensum tectum. Mercurius Trisme-  
gistus in Pimandro. Alcinous lib. de doctrina Platonis,  
Iamblichus lib. de mysteriis, & Synesius lib. de somniis  
tradunt Mundū esse animal. ID VOLVITVR  
CONTINENTER CIRCVM TER-  
RAM. Vnde & æther vocatus est ab æterno & irre-  
queto ambitu quasi  $\alpha\epsilon\iota\theta\epsilon\omega\nu$ , idest semper currens, qua  
in sententia video fuisse Aristotelem. Alii  $\alpha\pi\tau\omicron\varsigma\alpha\epsilon\iota$   
 $\delta\epsilon\rho\epsilon\upsilon\eta\tau\omicron\iota\delta\epsilon\rho\mu\alpha\iota\nu\epsilon\upsilon\eta\upsilon$ , idest à semper calefaciendo.  
PER AXIS CARDINES EXTRE-  
MOS.  $\text{Ἄξων κ\omicron\sigma\mu\omicron\upsilon}$  inquit Proclus ἐστὶν ἡ δια-  
μετρος περὶ ἣν στέφεται, Axis mundi est dime-  
trens circum quem versatur. Lucanus lib. 1.

Ætheris immensi partem si presseris vnam,  
Sentiet axis onus, &c. Et Prudentius.

Et scissus axis cardinem mundi ruentis soluerit, &c.  
ALTERVM TRANS CONTRA  
SVB TERRA. Duriusculum loquendi genus.  
IBIQVE CIRCVM EORVM CAR-  
DINVM ORBICVLOS. Scribo circum eos  
cardines. Quod Sulpitanus codex agnoscit, vt sit sensus.  
Perfecit circum axis cardines, idest extremas partes, &  
veluti cnodaces, orbiculos, qui a Græcis  $\omega\delta\lambda\omicron\iota$  vocantur,